

17.  
nostrorum. Nult dñs ihc & nrōs lauare pedes; Non  
enim p̄tro soli. sed unicuiq. dicit fidei. Nisi lauero tibi pe  
des. non habes mecum partem. Veni ergo dñe ihu. Exue  
te vestimenta. quae propter me induisti. Esto nudus.  
vt nos misericordia tua vestias; praecinge te propter  
nos linteum. vt nos tui muneris immortalitate praec  
cingas; mitte aquam in peluē. laua non solum pedes.  
sed & iam caput. nec solum corporis nr̄i. sed & iam men  
tis vestigia. Volo exuere omnes nr̄ae sordes fragilita  
tis. vt & ego dicam. Nocte exui tunicā meā. quomodo  
induam eam. laui pedes meos. quomodo inquinabo il  
los. Quanta in te maiestas ē. quasi minister pedes  
famulorum tuorū lauas. quasi dñs. rorē mittis ex celo. Nec  
solum pedes lauas. sed & iam vt tecum recubamus in  
vitas. & exemplum nos tuae dignationis hostaris. dicens.  
Vocatis me dñm & magistrum. & benefactis. sum enim;  
Si ergo ego laui pedes vr̄os. dñs & magister. & vos inui  
cem lauate pedes vr̄os. Volo ergo & ego pedes laua  
re fratrum meorum. volo dñi implere mandatum. Volu  
it me non uerecundari. non dedignari. quod ipse prius  
fecit. Bonum ministerium humilitatis. quia dum alie